



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae**

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 4. Mores Groënlandorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13167**

N V M . 2 . *Quantitas.*

**QVANTITAS** eius incompta , pars eius quæ dicitur *Meta incognita* gradum 60. attingit , pars maximè Septentrionalis ultra 70. detecta non est. Nescitur utrum sit continens aut Insula , in præsentia probabilius est continentem esse.

N V M . 3 . *Qualitas.*

**NVLLA** hîc arbor (quidam tamen nuces & quercus agnoscunt) incolæ vtuntur ossibus piscium ingentibus, quæ mare quotidie ad littus euomit.

**MERCES.** Hinc afferuntur marmora diuersi coloris , pelles , & pisces exsiccati , & cornu piscis quod haec tenus Monocerotis cornu creditum est.

N V M . 4 . *Mores.*

**VICTITANT** indigenæ carnibus vrsorum , vulpium , leporum & damarum . Item & piscibus & volucribus , vitamque similem agunt Canadensisbus . Crudis carnibus cum voluptate se ingurgitant.

N V M . 5 . *Religio.*

**ANNO** Christi 1000. eò penetravit , beneficio Olaui Noruegiæ Regis , cōque missus Episcopus . Postea & eò Patres Dominicanici transisse dicuntur : de quorum Monasterio in Admirandis.

§. 5. *De Spitsberga.*

**NOMEN** habet à voce Germanica *Spits* quæ acutum , & *Bergen* , quæ montem significat: sic dicta est ab Henrico Helmskerck , qui anno 1596. eam detexit . Sed Angli contendunt ante annos 17. inuentam , dictamque *Neuland* , *nouveau pays* , aut *Greenland* , *Terre verte* : Interim dum inter se disceptant , Rex Danus per Præfectum *Vardhusianum* , hinc sibi vestigalia à pescatoribus exigit.